



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad
proxim accommodatas

Archdekin, Richard

Antverpiæ, 1682

§. 2. In Decreto, & Decretalibus Papæ reservata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40873

Decimaquinta, in Judices sacerdotes, qui Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant.

Decimasexta, in eos, qui immedioint Praelatos, ne suâ jurisdictione utantur, quique illorum, vel Delegatorum judicia eludentes ad Curiam sacerdotalem recurrunt, aut contra illos decernunt, atque in his præstantes auxilium.

Decimaseptima, in usurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcumque Ecclesiarum jurisdictiones, vel etiam fructus sequestrantes.

Decimoctava, in imponentes decimas, & alia onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus.

Decimanona, in Judices sacerdotes, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus contra Ecclesiasticas personas.

Vigesima, in occupantes terras Ecclesiæ Romanæ, & illius jurisdictionem usurpantes.

§. 2. In Decreto & Decretalibus Papæ reservata.

Prima est excommunicatio, in percussorem Clerici, vel Monachi, lata in Cap. Si quis suadente diabolo 17. quæst. 4.

Secunda est, lata à Delegato Papæ in eum, qui rei judicatæ parere contemnit: illa enim post annum transactum manet reservata Papæ, Cap. Quærenti, de officio Delegati.

Tertia est, excommunicatio promulgata ab Episcopo in eos, qui literas Apostolicas falsas habentes, non destruunt eas, aut non resignant intra viginti dies; postquam enim contracta fuerit, recurrentum est ad Summum Pontificem pro Absolutione: Cap. Dura. de crimine falsi §. Adiuentes.

Quarta

234 Pars 3.11.2.cap 4.Casus & excom.reserv.

Quarta est, lata in sacrilegos , qui violenter Ecclesiam confregerint , eamque spoliare non dubitaverint : Cap. Conquesti , de sentent. excommunic.

Quinta est , quâ Papa excommunicat Clericos , qui cum excommunicatis à se, communicant in divinis , illorumque Absolutionem sibi reservat : Cap.Significavit , de sentent. excommunic.

Sexta est , lata in incendiarios , qui postquam sunt per Ecclesiae sententiam publicati , pro Absolutionis beneficio ad Sedem Apostolicam suntmittendi. Cap. Tua nos, de sentent. excomm. in sexto.

Septima est, lata in eos, qui in personis , aut bonis suis gravant illos, qui sententiam excommunicationis, suspensionis , aut interdicti in aliquem tulerit : ab ea enim per Sedem tantum Apostolicam tales absolvvi posse, si in ea sententia spatio duorum mensium perseveraverint , habetur ex Cap. Quicunque eodem tit. & libro.

Octava est,lata ibidem Cap. Eos qui , in illos qui post Absolutionem à priore excommunicatione reservata à Papa obtentam sub conditione comparendi coram ipso Papa , vel satisfaciendi parti læsa,talem conditionem negligunt implere tempore debito.

Nonam omitto, contra inferentes violentiam S. R.E. Cardinalibus item Episcopis in Clement. Si quis , de pñ. Quia continentur etiam in Bulgaria cœnæ.

§. 3. b